



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

IV. Practicæ Resolutiones circa præfata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

Examen IX. De locat. & conduct. . 425

22. *Quis operam suam locat, sed non integrè laborat culpa conductoris: tenetur ad partem mercedis restituendam? Si per ipsum non stat, quominus inferuiat, iure integrum accipit pensionem.*

23. *Conducitur famulus ad seruendum marito, v. gr. & uxori crescit familia: augenda ne merces? Si crescat notabiliter, augeri quoque famulo debet inferuenti omnibus stipendum.*

24. *Egrotante famulo, imminuendane merces? Poteſt quidem pro rata subtrahi, niſi aliud consuetudo suadeat; non debent autem alimena negari, nec aliae expensæ necessariæ.*

25. *Famulus mihi obsequium prestat nulla mercede constituta. Remunerandus ille est, vel iusta mercede persoluta, si obsequia talia sint, ut eis regulariter constituta sit merces: vel aliis honorum gradibus exhibitis, quibus valeant compensari.*

26. *Ausert famulus secretò de bonis domini: debet ne restituere? Malè equidem agit, sed tamen niſi iustum mercedem excedat, non tenetur restituere: modò bis merces non solvatur.*

27. *Tenetur ne famulus ad bonorum domini custodiam? Tenetur in rebus ad officium suum pertinentibus. Si damnunatis inferat, qui tenetur? Si sit in negotio à domino constitutus, dominus resarciat: si non sit constitutus, ipse debet resarcire.*

C A P V T I V .

Praxis circa materiam de locatione, ac conductione ex Societatis I E S V Autoribus.

28. *N*um liceat locare meretrici, aut usurario domum. §. viii. c. Aliqui negarunt; quia est ministrare contra castitatem & iustitiam materiam. At Petrus Hurtado de Mendoza 2.2. d. 173. sect. 30. §. 394. limitat, in casu quo domus alteri locari possit; quia unusquisque tenetur actus illicitos sue domi vitare, quoties potest absque incommodo. Imò si prudenter existimes, fœminam alibi prudenter victuram, debes domum vacuam relinquere, amissō lucro. Hac Magister meus. Ast Valentia tom. 3. d. 5. qust. 21. part. 4. docet locari posse, etiamsi alteri commode posset locari, niſi loci circumstantia datura efficit occasionem sèpius delinquendi, aut niſi

D d 5 vicinia

426 *Moralis Theologiae Tract. III. Iustitia,*

viciaria meretricis fœminis pudentibus multum nocet.
Quo in casu, si potest alteri codem pretio locari, non debet
meretrici; si vero non potest, licet ait posse impudenti fœ-
minæ locari; quia locatio domus est remota à peccato, nec
est impudicitiae cooperari.

29. *Debeturne famulo salarium tempore infirmitatis?* Mi-
nimè, imò potest ab eo dominus expensas exigere curationis,
nisi sit pauper tantæ necessitatis, ut ex charitatis regulam
instrare ei medicinas, & alimenta teneatur. *Filiucus tom.*
tract. 2.8. part. 2. cap. 2. num. 84.

30. *Si famulus de pretio iusto infimo conuenit cum herbo, si,*
non posse facere compensationem; quia nulla ipsi iniuria imma-
nitur: rogo, an si de pretio minore iusto infimo conuenisset, posse
procuranda compensationi studere? Afferit *Suarius* in 3. *part.*
tom. 3. d. 86. sect. 4. famulum, qui de pretio iniusto conuenit
paupertate coactum, posse sibi damnum resarcire. Profectò si
damnum est, si iniuria est, etiam (tanti Doctoris venia dix-
erim) si paupertate non cogatur, poterit agere compen-
sationem.

31. *Potest ne filius salarium exigere à patre mercatore, an*
agricola pro opera à se illo in officio impensa? Non posse *Molina*
tom. 2. tract. 2. d. 234. afferuit; quia dum filium paterna adest
in domo, videtur ad obsequij actiones obligari. At *Layman*
lib. 3. sect. 5. tract. 4. cap. 8. num. 6. probabiliter posse exigere
censet; quia illud lucrum quatenus ex bonis patris, ex filii
opera simul proueniens, videtur, partim inter profectiæ,
partim inter aduentitia adnumerandum. Si ergo pater torum
sibi lucrum retineat, nec aliquid filio velut Societatis iure
relinquat, tenetur illi salarium, quod præberet extraneo, ex-
hibere, saltem exigente filio.

32. *Duo habent domum, vel fundum communem, & unus*
vult uni locare, alter vero non vult: aut unus vult locari ad
unum usum, alter ad alterum: aut unus vult locari persona
honestæ, alter inhonestæ: quinam contractus praualeat? *Praualeat*
ex Salas contractus illius qui in re ius maius habet, seu par-
tem maiorem; vel qui vult honestæ personæ locare, etiam
si fortè persona inhonestæ plus mercedis offerat. Hoc qui-
dem, quando ius utriusque æquale.

33. *Expellit dominus famulum domo, nondum elatio*
constituto tempore: tenetur ne ad integrum mercedis solutionem? Te-
netur, authore *Lessio*, nisi fortè grauissima causa, ad ipsum
expellendum adducatur.

34. *Famulus qui lapsus est in morbum, tenebitur ne tran-*
sfacto

Filiuc.

Suar.

Laym.

Salas.

Lessius.

Examen IX. De locat. & conduct. 427

do morbo, similiisque elapsō termino ad inserviendum, tandem
inservire ulterius, quandiu prava usus est valerudine? Non te-
debitur: (vti Lessius) quia lapsō termino constituto, cessat Less.
obligatio: cum terminus equidem censeatur appositus ad fi-
niendam, non ad sollicitandam obligationem.

35. Expello e mea domo conductorem in honeste agentem, ante
tempus locationis absolutū: teneor ne de pensione pro rata remit-
tire? Saa. affirmat ex Nauar. nil esse de pensione remittendum.

36. Conductor domo discedit: potest ne suo loco alium relin- Saa.
quere? Non posse inuitis sociis Saa cum Sylu. asserit. Ego
addiderim, nisi irrationaliter fuerint inuiti; assolent enim Saa.
leuiter aduersus aliquem affici, praecipue vulgares.

37. Potest ne conductor non soluens statim expelli? Posse do-
cet Saa nisi ad decennium conduxisset; tunc enim per bien- Saa.
num expectandum. Quid si locator non expellere promisisset?
Intelligitur: si soluat pensionem.

38. Timetur res negligentia conductoris peritura: poterit ne
is cogi periculum in se suscipere? Poterit codem Emanuele au- Saa.
thore; sed minuendum aliquantulum esse pretium ob talem
obligationem docet.

39. Valent ne locationes Beneficiorum anticipata solutione?
Nou valent quidem in præiudicium successorum, ex Trident.
Sic Tolet. Addit Molina si conductor soluisset, debere succes- Tolet.
sorem ratum habere, si est conuersum in Ecclesiæ vilitatem. Molin.

40. Dixisti in sterilitate magna fortuita remittendam pen-
sionem agri pro rata: rogo, an debeat fieri remissio, si res sit locata
ad plures annos pro parua pensione? Ex Molina respondeo, si res Molin.
locata sit, v.g. ad decem annos, remissionem non fieri. Admo-
nuerim non dici sterilitatem si fructus collecti pereunt: nec
fertilitatem, si fructus collecti multum valeant.


41. Dixisti auctis fructibus casu fortuito, ut in magna ad-
modum fertilitate, angendam pensionem pro rata: num id sit
vix receptum? In Regnis quidem Hispaniæ minime rece-
ptum assero, in aliis Saa. affirmat receptum etiam non esse Saa.
Imò nec fructu imminuto imminui pensionem pro rata.
Quod si casu fortuito auctis fructibus, conductor non auget
pensionem, non video cur minutis illis ea minui debeat. Stan-
dum prorsus aut pacllo, aut consuetudini.

42. Potest ne Beneficiatus locare redditus beneficij ad an-
nos plures? Potest quidem ex Toleto ad annos nouem, quando Tolet.
fructus non nisi tercio quoque anno recipiuntur: sed tamen
illo mortuo expirat locatio. Porro locatio rei Ecclesiæ facta
a Rectore nomine Ecclesiæ, eo mortuo durat.

428. *Moralis Theologiae Tract. III. Iustitia,*

43. *Si uxor se obligasset, tenetur ne post mortem viri sui locatiovi per virum facta?* Tenetur auctore Molina, non tamen si sese non obligasset specialiter post viri obitum.

44. *Potest ne res spiritualis conduci?* Ipso iure esse nullam Tolet. Toletus affirmat.



EXAMEN X.

De Iustitia & iure, circa materiam quintam &
Contractibus onerosis, scilicet, de
Emphyteusi.

CAPUT PRIMUM.

De Emphyteusis conditionibus.

1. **Q**uid significat hoc vocabulum, Emphyteusi? Significat institutionem, propterea quod res, quae in Emphyteusim datur, melior reddenda sit aборum insitione, & cultura.

2. Quid est igitur Emphyteusi? Contractus, quo res immobilis conceditur alteri quoad dominium, cum obligatione soluendi pensionem statutis temporibus domino hereditatis, ea de causa.

3. Quotuplex est? Multiplex quidem, Noua & Vetus: hereditaria, & non hereditaria: Ecclesiastica, & secularis.

4. Quinam possunt in Emphyteusim dare? Generatim possunt omnes qui possunt alienare. Pupillus ne? Absque tuto non potest, ut neque absque curatore minor. An Emphyteuta Ecclesiastice Prelatus? Ille minimè, hic autem etiam prohibetur nisi ab antiquo dari solita, interueniente iusta causa, & debita solemnitate.

5. Quinam autem possunt in Emphyteusim accipere? Omnes quidem possunt, nisi iure sint impediti.

6. Quanam res in Emphyteusim non dantur? Nec mobilia, nec annui redditus, nec res aliena, nec pertinentia ad mensam Episcopi.

7. Emphyteusis exprime substantialia? Duo quidem sunt. Vnum, ut rei proprietas manet penes dominum, translatio utili in Emphyteutam. Alterum, ut res, in qua constituitur Emphyteusis, immobilis sit, & res solita, solidq.

8. Quoniam